María de Aguilar), y además le daría dos parejas de bueyes con todo su *atuendo* ó atavío, treinta ovejas, veinte cabras, cinco cerdos, tres vacas y doce modios de trigo; que cuando el secular viniese á Santa María de Aguilar, con tres compañeros y tres caballerías, se le recibiría con fraternal caridad, áun cuando viniera siete veces en un año; que el mismo abad nuevo de San Cipriano debía custodiar todo lo dicho, como un buen padre de familia, viviendo de sus frutos, con propósito de amar á la Orden de Premonstrato y honrar su casa; y que, á su muerte, se incorporarían en totalidad los bienes al monasterio de Santa María. También prometió el prelado mostense dar á cada cual de los cinco compañeros del otro, que eran Juan Martínez, Pedro Pelaez, Pedro Estébanez, Domingo Perez y Rodrigo Rodriguez, en compensacion de los beneficios que habían disfrutado en Aguilar, seis modios de trigo y dos cerdos cada año, y además, á todos mancomunadamente, la décima del vino, pan y animales, excepto de las ovejas y gallinas; la décima de la quinta de los fallecidos, del queso y manteca, y lo suficiente de aceite. El cardenal legado, de acuerdo con el Consejo de venerables obispos, abades y otros varones prudentes que con él estaban, mandó cumplir las mencionadas condiciones; y que no respondiesen de más, la iglesia de Aguilar y sus dependencias, sino que poseyesen sus bienes en paz y quietud, manifestando fraternidad, grata á Dios, los que observaban la regla de San Agustín, segun el tenor de la Orden de Premonstre. — Todo lo referido expresó el cardenal Jacinto en bula expedida por él hácia el año de 1162, y anteriormente citada en esta monografía (1).

Don Andrés, el primero que como abad premonstratense gobernó en Aguilar, hubo de morir muy poco despues de hacer la expresada concordia.

A Don *Miguel*, segundo abad mostense de Campoo, y á sus sucesores, donó el rey Alfonso VIII el Noble y Bueno, la iglesia de San Ciprián ó San Cebrian de Riofresno y el prado de Valcavado, en el año de 1165 (2).

En 1169 otorgó igualmente la porcion que le pertenecía en Santa María, y además, con consejo de sus coherederos en este monasterio, á saber: la condesa Doña Sancha; de la pía memoria del monje Rodrigo, hermano del

(1) Bula del legado apostólico Jacinto, cardenal de Santa María in Cosmedin.

Jacintus Dei gratia Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Diaconus Cardinalis Apostolicæ sedis legatus, dilectis in Christo filijs Andreæ abbati, et unjversis Canonicis Sanctæ Mariæ de Aguilar Præmonstratensis ordinis salutem in Domino. Sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ consuetudo existit, ut quoties lis aliqua sub ipsius examine indicio vel concordia legitimum finem sortitur, negotij series literum comitatur ex ordine munimentis, ne forte propter hominum mutabilitatem; quæ firma stabilitate aliqua valeant temerari. Cum autem inter vos et Andream quondam Abbatem secularem de Aguilar cum alijs Clericis secularibus, qui cum eo erat, coram nobis quæstio verteretur super Ecclesia Sanctæ Mariæ de Aguilar; Proposuerunt contra vos, laicali potentia se inde fuisse eiectos, et vos eadem, in eandem Ecclesiam intromissos; vos autem respondistis, vos non violenter intrasse, sed Burgensis Episcopi autoritate, ad cuius iurisdictionem præfata ecclesia pertinet, eandem ecclesiam possidere. Quod liquido monstrabatur, quia idem Episcopus te Andream Abbatem ad titulum illius Ecclesiæ in Abbatem benedixit. Quod et postea in presentia nostra confirmavit.

Vobis nanque in hunc modum alternantibus, nos malentes causam istam concordia quam idicio terminari, licet vos essetis parati sententiam nostram suscipere, partes nostras interposuimus, et tan per nos quam per Venerabiles fratres nostros P. Burgensem, et M. Sanctæ Mariæ Episcopos, et plures Abbates, aliosque prudentes viros, qui nobis assidebant, vos ad concordiam studuimus revocare, cuius tenor talis est.

Promisistis siquidem coram nobis quod præfato Andreæ, quondam Abbati secularium, daretis pro bono pacis Ecclesiam Sancti Cipriani; duo iuga bovum cum omni apparatu, triginta oves et viginti capras, quinque porcos et tres vacas, et duodecim modios tritici. Et quando ad Ecclesiam vestram veniret, fraterna charitate cum tribus secijs et tribus equitatis eum reciperetis, etiam si septies veniret in anno. Et ipse debebat omnia prædicta, tanquam bonus pater familias, custodire et de fructibus eorum vivere, et domum vestram et ordinem diligere et proponere honorari; ita tamen quod supra nominata omnia, post eius obitum, Ecclesiæ vestræ ex integro remanerent. Quam compositionem præfatus Andreas recipietis data fide in manu nostra, sicut supradictum est, eam se observaturum promisit. Præterea quinque socijs eius, videlicet Joanni Martini, Petro Palagij, Petro Stephano, Dominico Petri et Roderico Roderici, qui præstimonía in eadem Ecclesia habuerant, promisistis pro compositione, quod, quamdiu viveret, daretis cuilibet sex modios tritici, duos tocinos singulis annis. Insuper daretis eis decimam vini et totius annonæ et animalium, exceptis gallinis et ovis, præfate Ecclesiæ de Aguilar; et, de quinta mortuorum, decimam; de caseo et butiro et de lacte, decimam; de oleribus ad sufficientiam. Quam compositionem duo illorum, scilicet Joannes Martini et Petrus Pelagij receperunt tam pro se quam pro alijs tribus, quia, ut asserebant coram nobis et illis presentibus nec contradicentibus, ab eis promissionem acceperant, quod quidquid pro se et illis facerent, illi ratum et firmum haberent. Que circa de venerabilium consilio patrum Episcoporum, Abbatum et aliorum prudentium qui nobiscum erant procedentes, vobis mandavimus ut quæ prædicta sunt illis daretis, ultraque, de Ecclesia de Aguilar et eius possessionibus, eis de cætero non respondeatis; sed in ea, secundum Beati Augustini regulam et Premonstratensium tenorem viventes, Deo gratam fraternitatem exhibeatis, eamque cum omnibus suis pertinentijs vobis vendicantes deinceps cum omni pace et quiete possideatis. Ego Jacintus Diaconus Cardinalis Sanctæ Mariæ in Cosmedin, Dei et Apostolicæ sedis legatus.

(2) Escritura del rey Alfonso VIII de Castilla. Año de 1165.

In Christi nomine. Quanto divitijs et possessionibus abundantius quisquam videtur affluere, tanto largius de his quæ possidet Deo et veris Dei cultoribus pro salute animæ suæ et peccatorum remissione debet impendere, iuxta illud Apostoli: facite bonum ad omnes, maxime autem ad domesticos fidei. Ea propter ego Aldefonsus rex in Castella et in Strematura et in Toledo, do Deo et Beato Augustino et tibi domino Michaeli abbati et omnibus successoribus tuis, regulam sancti Augustini tenentibus, pro animabus parentum meorum, et peccatorum meorum remissione: do inquam ecclesiam sancti Cipriani de Riofresno cum omni hereditate sua, cum pascuis et iusticijs et pertinentijs suis, cum pratis et fontibus et planis; et insuper do el pratum de Vallecavato. Et hoc meum donum sit firmum, et hoc nunc et usque in seculum. Si quis vero aliquis homo, ex meo genere vel alieno, hoc meum donum rumpere tentaverit, sit maledictus et excommunicatus á Deo, et cum Juda traditore in inferno damnatus; et insuper regiæ parti pectet mille morabetinos. Facta carta II nonas Februarij, Era M. CC. III. Ego Aldefonsus Dei gratia rex in Castella et in Strematura et in Toledo, hanc cartam quam fieri iussi propria mea manu confirmo et roboro; et signum proprium impono. Sigillus Aldefonsi. Joannes toletanus archiepiscopus. Petrus burgensis episcopus Raymundus palentinus episcopus confirmaverunt. Guillelmus secobiensis episcopus confirmat. Joannes oxomiensis episcopus confirmat. Comes Nunius audivit et confirmavit. Alvaro Petriz confirmavit. Gomez Gonzalvis confirmavit. Gutier Fernandiz confirmavit. Fernando Roiz confirmavit. Didago Munios confirmavit.

conde Nuño; de los condes Nuño Alvarez y Almaurico; de la pía memoria de Sancho, abad de Retuerta, y otros abades y hermanos de la Orden Augustiniana, para que la abadia existente á la sazón en el monasterio de San Agustin de Herrera de Río Pisuerga, que en 1152 habia donado Alfonso VII el Emperador al citado abad de Retuerta (1), se trasladase é incorporase al de Aguilar, y éste se hiciese abadia perpétua, por no tener el de Herrera suficiente alimento á causa de su pobreza y penuria. Declara el monarca en su escritura haberle dado y concedido los herederos del monasterio todo cuanto por hereditario derecho les tocaba en Santa María; que él tomaba este monasterio bajo la proteccion de Dios y la suya, y le donaba, además del de San Agustin, el de Santa María de Valdeguña, el pueblo de Terradillos entre Ordejon y Valcárcel, que son lugares del partido de Villadiego, la heredad de Villanueva de Riofresno, la iglesia de San Cipriano de la Nava, la casa de Santa María de Fuentelencina, y cuantas heredades los monjes pudiesen adquirir en término de Castrojeriz, todo con sus pertenencias, mandando y concediendo que dichos bienes fuesen para siempre granjas de Santa María de Aguilar (2).

Durante el mismo año de 1169, los condes Alvaro y Nuño, Gonzalvo Ossorio, Sancha Ossorio, García Ordoñez, Pedro Fernandez de Rodelga, otro Pedro Fernandez y Gonzalvo Fernandez, Doña María Fernandez y Gonzalvo Rodriguez, con todos los parientes de los susodichos, partícipes como Alfonso VIII de la propiedad de Santa María de Aguilar, cedieron tambien sus derechos al abad Miguel y á sus sucesores en favor del monasterio, para que éste se convirtiese en abadia perpétua (3).

(1) Escritura de Alfonso VII el Emperador. Año de 1152.

In nomine Sanctæ et individuæ Trinitatis quæ à fidelibus in una deitate colitur et adoratur. Quoniam principum regum et maxime imperatorum est viros religiosos honorare et eorum petitiones ex audire, loca etiam quæ actio pia instituit ditare possessionibus ampliare; quoniam etiam facta eorundem imperatorum scripto in perpetuum valiture, firmari debent atque muniri, ne tempore præcedente improbitate sive ausu temerario cuiquam possint violari;

Ea propter ego Aldefonsus totius Hispaniæ, divina clementia famosissimus imperator, una cum uxore mea imperatrice Domina Rica et cum filiis meis Sancio et Ferrando regibus, simul etiam cum filiabus meis, scilicet Constancia, inclita Francorum regina et cum Sancia, nobili Navarra regina, facio cartam donationis de Monasterio Sancti Augustini, qui est in Ferrera, et scriptum firmitatis in perpetuum valeturum, Deo et beatæ Mariæ de Retorta et domino Sancio abbati et omnibus fratribus ibidem commorantibus et omnibus successoribus eius, cum suis terminis, cum pascuis et montibus, cum rivis et molendinis, cum egressibus et regressibus et cum omnibus ibidem pertinentibus; et insuper concedo vobis in montibus meis colligendi ligna, et in exitibus meis arandi et labrandi. Do etiam vobis atque concedo firmiter iure meo imperatorio, ut habeatis inde potestatem vendendi, donandi, vel quidlibet faciendi. Et hoc factum meum, firmum et inconcussum, si quis infringere tentaverit, in primis ira Dei incurrat, et cum Juda proditore in inferno inferiori luceat, et insuper Regi centum libras auri persolvat. Facta carta Era M.C.LXXXX, imperante Adefonso imperatore Tolletto, Legionis, Galleciæ, Castellæ, Navarra, Saragociæ, Baeciæ et Almarie. Ego Adefonsus, Hispaniæ imperatori, cum filiis et filiabus meis hanc cartam, quam fieri iussi, propria manu mea roboro et confirmo. Rex Fernandus confirmat. Rex Sancius confirmat. Comes Almaricus confirmat. Comes Lupus confirmat. Guter Fernandez maiordomus Regis confirmat. Nunius Pedrez alferiz Imperatoris confirmat. Gundisalvus Rodriz alferiz regius confirmat. Alvarus Pedriz confirmat. Joannes tolletanus episcopus confirmat. Joannes oxemensis episcopus confirmat. Raymundus palentinus episcopus confirmat. Vincensius secobiensis episcopus confirmat. Victor burgensis episcopus confirmat. Rodericus calaforrensis episcopus confirmat. Martinus tarraconensis episcopus confirmat. Suerius caurensis episcopus confirmat. Joannes legionensis episcopus confirmat. Joannis lucensis episcopus confirmat. Petrus meidumensis episcopus confirmat. Comes Pontius maiordomus Imperatoris confirmat. Comes Rodericus confirmat. Pelagius Corbus confirmat. Membraganz confirmat. Alvarus Roderiz confirmat. Ego magister Petrus Domini Imperatoris cancellarius qui hanc cartam dictavi.

(2) Escritura de Alfonso VIII. Año de 1169.

In nomine Sanctæ et individuæ Trinitatis, quæ à fidelibus in una deitate colitur et adoratur. Quanto divitijs et possessionibus abundantius quisque videtur affluere, tanto largius de his quæ possidet Deo et veris Dei cultoribus pro salute animæ suæ et peccatorum remissione debet impendere, iuxta illud Apostoli: facite bonum ad omnes, maxime ad domesticos fidei. Ea propter ego Aldefonsus rex Castellæ et Tolleti facio cartam donationis de Sancta Maria de Aguilar, de parte quæ mihi congruit, cum omni hereditate sua, cum montibus et fontibus et deganijs et molendinis, et ingressibus et regressibus, et cum omnibus ibidem pertinentibus, Deo et beatæ Mariæ et tibi Michaeli abbati totisque successoribus tuis, regulam sancti Augustini tenentibus. Do etiam atque roboro et concedo, consilio coheredum illius monasterij, videlicet domne Sanciæ comitissæ, et consilio piæ memoriæ Roderici monachi fratris comitis Nunij, et consilio comitum Nunij Albari, Almaurici, et consilio piæ memoriæ abbatis Sanci de Retorta, et aliorum abbatum et fratrum eiusdem ordinis, ut abbatia, quæ est in monasterio Sancti Augustini, transfereatur et promoveatur ad monasterium Sanctæ Mariæ de Aguilar et fiat ibi abbatia; quia in loco illo sufficientiam victus habere non possunt causa penuriæ et paupertatis. Hæredes vero omnes monasterij Sanctæ Mariæ de Aguilar dederunt et concesserunt mihi regi Alfonso quidquid illis iure hereditario in illud monasterium pertinebat, et ego suscipio illud in proteccionem Dei et mea. Do et concedo ipsum monasterium Sancti Augustini cum omnibus collacijs et omnibus rebus ibidem pertinentibus. Do etiam monasterium Sanctæ Mariæ Vallis Eguniæ, et hereditates eius cum omnibus sibi pertinentibus. Do insuper Terradiellos, quæ est inter Ordejon et Valcarcel cum omnibus sibi pertinentibus. Do etiam hereditatem de Villanova de Riofresno et ecclesiam Sancti Cipriani de la Nava cum omnibus ibidem pertinentibus. Do etiam domum Sanctæ Mariæ de Fontelencina cum omnibus pertinentijs suis: et do et concedo omnes hereditates quas in termino de Castrojeriz iuste acquirere potueritis, sive emendo sive arrumpendo vel cambiando. Hæc omnia supradicta, ego rex de Deo et Beatæ Mariæ et tibi iam dicto abbati Michaeli et omnibus successoribus tuis regulam sancti Augustini tenentibus; et mando et concedo ut omnes supradictæ hæreditates sint grangie Sanctæ Mariæ de Aguilar in perpetuum; et hoc facio pro remedio animæ meæ et parentum meorum et omnium illorum qui huius boni operis coadiutores fiunt, et ut omnes ibi religiose viventes victu et vestitu ad plenum fruantur et Dei pauperes sustententur, et benedicatur et laudetur Deus in sæcula sæculorum, amen. Et facio scriptum in perpetuum valiturum, ut hoc meum donum sit firmum et inconcussum. Si quis infringere voluerit, in primis iram Dei incurrat, sit etiam maledictus et cum Juda proditore damnatus; et insuper centum libras auri persolvat. Facta carta in Sancto Facundo, Era M.CC.VII. Regnante rege Alfonso in Castellæ et Strematura et Tolletto. Celebrunus toletanis sedis archiepiscopus et Hispaniarum primas confirmat. (Siguen las demás firmas.)

(3) Escritura de varios partícipes. Año de 1169.

In nomine sanctæ et individuæ Trinitatis, quæ à fidelibus in una deitate colitur et adoratur. Quanto divitijs et possessionibus abundantius quisquam videtur affluere, tanto largius, de his quæ his possidet, Deo et veris Dei cultoribus pro salute animæ suæ et peccatorum remissione debet impendere,

El rey Noble y Bueno confirmó en 1180 los privilegios concedidos por sus antepasados, y tomó bajo su amparo y protección el monasterio de Aguilar con todas sus dependencias, á saber: el de San Agustín de Herrera de Río Pisuerga con cuanto tenía en San Quirce; el de San Cebrian con sus pertenencias y con Villanueva y Terradillos; el de Valboniel con la mitad de la villa de Valbonilla; el de Nuestra Señora de Valdeiguña con el de Pozacos, llamado San Martín en término de Cañeda, cerca de Reinosa; el de San Miguel de Corcos y la casa de Santa Eugenia; el de San Mamés de Gamonal; San Miguel de Zalima; Santa María de la Soterraña; la heredad de Valverzoso; San Miguel de Brañosera; Santa María de Cordovilla, y otras iglesias y ermitas (1).

Pedro y Don Ordoño Martínez, Lope Díaz de Muradal, Fernando Ruiz y Don Ordoño de Villaflainvístia, en 1186, y Gutier Roiz de Sant Noval, en 1190, vendieron al abad *Andrés*, para la iglesia de Santa María, los monasterios de San Salvador de Enestares, en Campoo, el de San Martín de Campo Redondo, dos palacios y otros muchos bienes inmuebles (2).

En el año de 1200, Pela Martínez y su hija Doña María se hicieron hermanos del monasterio de Aguilar, y donaron al mencionado abad, con otras pertenencias, la que tenían en el de San Martín de Matalvaniega (3).

iuxta illud Apostoli: facite bonum ad omnes maxime autem à domesticis fidei. Ea propter nos, scilicet comes Alvarus et comes Nunius cum omnibus parentibus nostris, et Gonzalvus Ossorij et Sancia Ossorij cum omnibus parentibus nostris, Garcias Ordonij, Petrus Fernandi de Rodelga cum omnibus parentibus nostris Petrus Fernandi et Gonzalvus Fernandi, et domna Maria Fernandi, et Gonzalvus Roderici cum omnibus parentibus nostris, facimus cartam donationis de Sancta Maria de Aguilar cum omni hereditate sua, cum montibus et fontibus et decanijs et molendinis et ingressibus et regressibus et cum omnibus ibidem pertinentibus, Deo et beatæ Mariæ et tibi Michaeli abbati totisque successoribus tuis regulam sancti Augustini tenentibus. Damus etiam atque roboramus pro animabus nostris et omnium parentum nostrorum, ut fiat abbatia in perpetuum. Si autem aliquis ex generibus nostris paupertate vel infirmitate degravati, portionis vestre opus habuerint, quasi unus de fratribus vestris in eadem domo eam recipiant. Et facimus scriptum in perpetuum valiturum, et hoc nostrum donum sit firmum et inconcussum. Si quis infringere voluerit, in primis iram Dei incurrat, sit etiam maledictus et excommunicatus, et cum Juda proditore damnatus; et insuper centum libras auri persolvat. Facta carta. Era M.CC.VII. Regnante Alfonso rege in Castella et in Strematura et in Tolledo. Comes Alvarus confirmat. Comes Nunius confirmat. Comes Lupus confirmat. Gomez Gonzalvus confirmat. Sancius Diaz confirmat. Gonzalvo Roderici confirmat. Alvarus Roderici confirmat. Petrus Fernandi confirmat. Petrus Roderici confirmat. Garcia Roderici confirmat. Gomes Garcij confirmat. Celebrunus toletanus archiepiscopus confirmat. Petrus burgensis episcopus confirmat. Raymundus palentinus episcopus confirmat. Guillelmus seobiensis episcopus confirmat. Rodericus calaforenensis episcopus confirmat. Sancius abulensis episcopus confirmat. Gotrius abbas Sancti Facundi confirmat. Sancius abbas Retorta confirmat. Dominicus abbas de Monte Sacro confirmat. Joannes abbas Sancti Pelagij confirmat. Rodericus abbas Sancti Cristofori confirmat.

(1) La fecha del citado privilegio, que por su extension omitimos, es *Era M.CC.XVIII, secundo kalendas martij, eo mense quo Alfonsus rex Castellæ et Ferdinandus rex Legionis inter se pacificaverunt, anno quinto ex quo idem Alfonsus rex serenissimus Concham fidei christianæ subiugavit.*

(2) Escritura de Pedro Martínez, Lope Díaz, Fernando Roiz y Ordon Martínez. Año de 1186.

In Dei nomine. Ego Petro Martínez, et Lop Díaz et Ferrand Roiz et Ordon Martínez, vendemos á vos abbat Andreas de Sancta Maria de Aguilar et vestros fratres el monasterio de Sant Salvador de Enestares de Campo cum tota sua hereditate, et el palacio de Ferrand Garciaz, la Pelleia con toda sua hereditad, et el solar de Ranosa que fué de Ferrand Garciaz, la Pelleia con sos molinos et con toda sua hereditad, et en Menaza un solar con toda sua hereditad, et la heredad de Pozacos et de Mennaza fasta en Soma Conja quanto nos devemos heredar vendemos et roboramos tod aquesta heredad por C. et sexaginta moravedis. Et si algun omme esta carta quisiere crebantar, con Judas traditor aia part, et en coto regi mil moravedis pectet, et tal heredad et en tal lugar. Facta carta Sub Era M. CC. XX. IIII. Regnante rege Aldefonso cum regina Alienor in Toledo et in Castella. Roi Gutierrez maiordomus regis. Lop Díaz merino maior regis. Lop Díaz alfieraz. Burgensis Marinus episcopus. Et si aliquis homo, sive ex parentibus nostris sive ex alienis, istam cartam frangere voluerit; sit maledictus et excommunicatus, et cum Juda traditore dammatu in inferno dammatu. Diac Diac de Forna testis. Gostio Diaz testis. Diac Petrez de Bustamant testis. Filio de Roi Campo Petro Roiz testis. Ferrand Munioz testis.

Escritura de Don Ordoño, Pedro Martínez, Don Ordoño de Villeflainvístia, Lope Díaz de Muradal y Fernando Roiz. Año de 1186.

In Dei nomine. Ego don Ordonno fi de Martin Ferrandez, et Petro Martínez, et don Ordonno de Villeflainvístia, et Lop Díaz de Muradal, et Ferrand Roiz, vendimus monasterium Sancti Salvatoris de Enestar cum suis hereditatibus et cum omnibus pertinentijs suis, et monasterium Sancti Martini de Campredondo cum omnibus hereditatibus et pertinentijs suis, in monte et in fonte, cum ingressu et regressu; et accepimus in precio et roboratione de te abbate Andrea Sancte Mariæ de Aguilar et de conventu ejusdem loci C. LXXX moravedis; et sumus paccati de precio et de roboratione. Sub Era M. CC. XX. IIII. Regnante rege Aldefonso cum regina Alienor in Toledo et in Castella. Roi Gutierrez maiordomus regis. Lop Díaz merino maior. Episcopus Marinus in Burgos. Roi Campo testis. Gonzalvo Roiz so filio testis. Johan Gutierrez testis. Roi camino testis. Roi Calcannar testis. Martin abbat de Ranosa testis. Petro Petrez de Canneda testis. Johanet de Ranosa testis. Petro Prod testis. Johan Estevanez testis. Johan abbat de Enestares testis. Ego don Ordonno, et don Ordonno et Lop Díaz et Ferrand Roiz et Petro Martínez somos fiadores de sanamiento.

Escritura de Gutier Roiz de Sant Noval. Año de 1190.

In Dei nomine et ejus imperio. Ego Gutier Roiz de Sant Noval vendo tibi abbati Andree Sancte Mariæ de Aguilar et conventui tuo tercia parte Sancti Salvatoris de Enestar, et tercia parte monasterij Sancti Martini de Campo redondo, cum pratis cum rivis cum molendinis cum ingressibus et egressibus et cum omnibus pertinentijs suis, et insuper quantum debeo hereditare, per C morabetinos. Et iterum vendo tibi abbati Andree una cum conventu tuo palacium meum quod habeo in Sancto Martino de Campo redondo quod fuit ex patre meo Roi Garciaz, et quicquid hereditario jure palacio pertinet cum solaribus populatis et depopulatis, cum pratis cum rivis cum terris cum aquis cum ingressibus et egressibus et cum omnibus pertinentijs suis, per LX. morabetinos. Regnante rege Aldefonso cum uxore sua Alienor in Toledo et in Castella. Roi Gutierrez maiordomo. Lop Díaz Merino. Burgensis episcopus Marinus. Et si quis ex parentibus meis hanc cartam frangere voluerit, sit maledictus et excommunicatus, et cum Juda traditore dammatu in inferno: et illam hereditatem reddat duplicatam in simili loco, et pectet in coto mille morabetinos. Ego Gutier Roiz qui hanc cartam fieri jussi propria manu mea robo et confirmo. Facta carta in mense Maio, notum die XIII kalendas Junij. Sub Era M. CC. XXVIII. Isti sunt testes. Diac Diac de Forna testis. Gostio Diaz de Forna testis. Diac Petrez de Bustamant testis. Filios de Roi Campo testes. Ferrand Munioz testis. Concilium de Enestares et concilium de Sancto Martino de Campo redondo auditores et vehedores. De San Noval, don Bueso testis. Gonzalvo Bueso testis. Martinus clericus testis. Dominicus del Pozo testis. Petro Micaellez testis. Don Estevano testis. Et concilium Sant Noval visores et auditores. Frater Arnaldus notuit. Dominicus Portellanus scripsit.

(3) Escritura de Pela Martínez y su hija doña Marina. Año de 1200.

Noscatur pro certo tam à presentibus quam à futuris quatinus ego Pela Martínez et filia mea dona Marina sacri et alacres, non turbato sensu, sed

Alfonso VIII, á 18 de Mayo de 1203, le otorgó la heredad llamada Coto, sita entre Fresno, Salces, Enestares y Berezosa, separando de estas villas y de todas las demás el Coto, y dándole el fuero de Campoo (1).

El conde D. Fernando, alférez del rey Alfonso el Noble, donó al mismo abad, por los años de 1205, la heredad de Castrillo de Pisuerga, que habia pertenecido al conde Don García, y la iglesia de San Salvador de Canduela, que di sta poco más de 7 kilómetros de la villa de Aguilar (2).

Doña María de Almenara donó la abadía de Villamediana á la de Campoo con privilegio y consentimiento del rey, de la reina y de Don Rodrigo, abad de aquella, que despues se redujo á vicaría del colegio premonstratense de Salamanca.

Pasaremos en silencio otras muchas adquisiciones que, con las enumeradas, colmaron de poder y riqueza al mostense monasterio de Santa María durante el largo y productivo periodo en que gobernó el abad Andrés y que no finalizó hasta el año de 1209.

Por este tiempo, aprovechando tamaña opulencia, se construyó la Sala del Capitulo, de cuya terminacion, año y arquitecto que dirigió su fábrica, dá cuenta la inscripcion grabada á lo largo del fuste de una de las columnas a grupadas en el ingreso del salon, diciendo que «*en la Era de MCCXLVII (año de 1209) fué hecha esta obra: Domingo*» (la hizo).

ERA · M · CC · XLVII · FVIT · FACTVM  
HOC · OPVS · DNICVS

Sucesor del precedente prelado fué Don *Gonzalo*, que vivió hasta el año de 1213. Recibió algunos donativos y re-

amore Dei et pro redemptione animarum nostrarum fratrizamus nos in ecclesia Sancte Marie de Aguilar, et un holocaustum nostrum sit pingue, damus nobiscum quicquid jure hereditario nobis pertinet in monasterio Sancti Martini de Mata levaniega, et quicquid comparavimus de Martin Velaschez et de doña Taresa, et medietatem nostre hereditatis quam ibi habemus ex integro, pro quinta, aliamque medietatem vendimus abbati Andreas et suo conventui per LXX morabetinos, et sumus pacati de precio, et nichil remanet pro dare. Facta carta Era M.<sup>o</sup> CC.<sup>o</sup> XXX.<sup>o</sup> VIII.<sup>o</sup> Regnante rege Aldefonso cum uxore sua Alienor in Toledo et in Castella. Alfieraz Didacus Lupi de Faro. Maiordomus regis Gonzalvo Roiz. Merinus maior Gutier Diaz. Tenente Aguilar Alvar Nunnez. Matheus burgensis episcopus. Aldericus palentinus episcopus. Et huius dacionis et vendicionis hi sunt testes. Martinus abbas Sancti Petri de Cervatos. Didacus Alvarez. Johannes prior ecclesie de Cervatos. Dominicus archipresbiter de Pumar. Don Armillo. Martin Gonzalez de Bustiello. Gonzalvo Garciez de Aguilar. Roi Savastianez. Gonzalvo Petrez fi de Petro Vadiello. Don Tomé fi de Diac Alvarez de Barriolo. Fer Agudo. De Aguilar: Don Micael alcalde. Pela Bocudo. Michael fi de Johan Omizero. Don Dominico de la Canal. Roi Pascalez. Petro Garciez fi de Martin Bocudo. Johan Martinez fi de Martin Johanes de Foinelo. Petro Boendo. De Villafalila: Martin Johanes. Petro Perez el alcalde. Petro Micael. De Villavega: Gonzalvo Millanez. Ferrand Villavega. Pela abbad Dominico Eaguez. De Caurbio: Don Andrés. Don Micael. Martin Johanes. Johannis presbiter testis. De Mata levaniega: Gonzalvo Petrez. Johan Roiz. Dominico del Orrio. Martin Petrez del Pozo. Concilio de Mata levaniega visores et auditores. Arnaldus dictavit. Bela scripsit.

(1) Escritura del rey Alfonso VIII. Año de 1203.

Tam presentibus quam futuris notum sit ac manifestum quod ego Aldefonsus Dei gratia rex Castelle et Toleti una cum uxore mea. Alienor regina et cum filio meo Ferrando, pro animabus parentum meorum et salute propria, facio cartam donationis et stabilitatis Deo et monasterio Sancte Marie de Aguilar de Campó, et vobis Domno Andree eiusdem instante abbati, vestrisque sucesoribus, et universis eiusdem canonicis presentibus et futuris, perpetuo duraturam. Dono itaque vobis et concedo in Campó illam hereditatem meam quam vocant Cotum que est inter Fresno et Salces et Enestares et Berezosa; iure hereditario in perpetuum integre habendam et irrevocabiliter possidendam. Absolve etiam istas predictas villas ab illo coto illius hereditatis, et omnes alias villas, ita quod si ipsi intraverint vel sui ganati in illam hereditatem licet ibi prata vel segetes habeantur, non pectent proinde cotum aliquod, nec aliud pectum; nisi sicut pectarent pro quibuslibet alijs hereditatibus secundum forum de Campó. Et hec mee donationis, concessionis, absolutionis et stabilitatis pagina, rata et stabilis omni tempore perseveret. Si quis vero hanc cartam in aliquo infringere vel diminuire presumpserit, iram Omnipotentis Dei plenarie incurrat, et insuper regie parti mille aureos in coto persolvat, et damnum quod vobis super hoc intulerit duplicatum restituat. Facta carta apud Attenciam. Era M.<sup>o</sup> CC.<sup>o</sup> XL.<sup>o</sup> I.<sup>o</sup>, XVIII die mensis May. Et ego rex Aldefonsus regnans in Castella et Toledo, hanc cartam quam fieri jussi, manu propria roboro et confirmo. Martinus toletane sedis archiepiscopus Hispaniarum primas, confirmat. Ardericus palentinus episcopus confirmat. Ferrandus burgensis electus confirmat. Johannes calagurrensis episcopus confirmat. Didacus Oxomensis episcopus confirmat. Rodericus segontinus episcopus confirmat. Julianus conchensis episcopus confirmat. Gundisalvus secobiensis episcopus confirmat. Jacobus abulensis episcopus confirmat. Briccius palentinus episcopus confirmat. Lupus Sancij de Mena confirmat. Rodericus Didaci confirmat. Alvarus Nunij confirmat. Guillelmus Gonzalez confirmat. Egidius Garsiez confirmat. Beltran Johannis confirmat. Munio Sancij confirmat. Guterius Didaci merinus regis in Castella confirmat. Gundissalvus Roderici maiordomus curie regis confirmat. Comes Fernandus alferiz regis confirmat. Dominicus regis notarius Didaco Garsie existente cancellario scripsit.

(2) Escritura del conde Fernando, alférez del Rey. Año de 1205.

Sub Christi nomine et individue Trinitatis patris et filij et spiritus sancti. Noscatum tam á presentibus quam á futuris quatinus ego comes Fernandus concedo et affirmo abbati Andree et conventui Sancte Marie de Aguilar, hereditatem de Castriello de Pisorga, que fuit de comite Garsia, ut amplius nec ego nec filij mei ibi aliquid queramus. Itemque similiter affirmo et concedo ecclesiam Sancti Salvatoris de Candiola cum omnibus suis pertinencijs ut habeat et possideat abbas Andreas et conventus Sancte Marie de Aguilar usque in perpetuum, et successores eorum similiter. Itemque sciant presentes et qui venturi sunt, quatinus ego comes Fernandus, sanus et alacris, non turbato sensu, sed cum magno amore et cum magna diligentia concedo et affirmo omnes hereditates quas tenent et quas comparaverint et quas illis donate sunt, ex qualibet persona, tam á militibus quam á laicis, ut libere possideant, et ego sim illis in adiutorium quantum potuero. Facta carta sub Era M.<sup>o</sup> CC.<sup>o</sup> XL.<sup>o</sup> III.<sup>o</sup> Regnante rege Aldefonso cum regina Alienor in Toledo et in Castella. Alfieraz ipse comes Fernandus. Maiordomus regis Gonzalvo Roiz. Merinus maior Guter Diaz. Et huius carte affirmatores isti sunt. Martinus abbas de Cervatos. Archipresbiter Dominicus de Pumar. Petrus Chebedo. Gonzalez Petrez el duc. Gutier Gutierrez de Candiola. Roi Petri de Olea. Gutier Petri de Olea. Gonzalvo Gonzalez de Zavallos.

edificó la iglesia, cuya obra se acabó en el dicho año de 1213, según se demuestra por una lápida existente en la puerta que del mismo templo sale hacia San Pedro, con estas palabras:

SUB ERA MCCLI FUT CONSUMATA ISTA ECCLESIA.

El abad Don *Miguel* (segundo de este nombre) gobernó hasta el año de 1222. En su tiempo se consagró la reedificada iglesia por mano del obispo de Burgos Don Mauricio, en el citado año de 1222, según otra inscripción colocada enfrente de la anterior, en la cual se lee:

ISTA ECCLESIA EST CONSECRATA PER MANUM MAURICII BURGENSIS EPISCOPI,  
TEMPORE ABBATIS MICHAELIS ET PRIORIS SEBASTIANI, REGNANTE REGE DOMINO FERNANDO,  
III KALENDAS NOVEMBRIS ANNO GRATIE MCCXXII.

Enrique I, en 1214, otorgó al monasterio un privilegio, haciéndole libre de portazgo y montazgo, concediendo que sus ganados pudieran pastar en todo el reino, y confirmando las donaciones hechas por su bisabuelo Alfonso VII el emperador, de feliz recordación.

El sumo pontífice Honorio, á principios del año 1223, expidió privilegio dirigido al abad *Andrés*, disponiendo que en la iglesia de Santa María de Aguilar, tomada bajo la protección de la Santa Sede, se observase, por siempre é inviolablemente, la orden canonical, según la regla de San Agustín y la institución premonstratense, y además, que cuantas posesiones, justa y canónicamente tuviesen á la sazón ó pudieran adquirir en lo sucesivo por concesión de los papas, por munificencia de reyes ó príncipes, por oblación de los fieles ó por otros medios legítimos quedáran firmemente en su poder y en el de sus sucesores, designando de entre ellas con sus propias denominaciones las siguientes con sus pertenencias. — El sitio en que asienta el templo de Santa María aquilarensis, esta iglesia y las de Santa María de Niort, Santa María de Valdeiguña, San Martín de Pozacos, San Estéban de Cerrazo, Santa María de Vuelna, San Salvador de Enestar, San Martín de Campo-redondo, San Martín de Sotronca, Santa Eufemia de Valberzoso, San Miguel de Brañosera, Santa María de Cordovilla, San Julián de Villapadierna, San Roman de Menazola, San Cebrian de la Vega, San Estéban de Villella, San Miguel de Zulima, San Víctor del Arco, San Mamés, San Salvador de Canduela, Santa Coloma de Valderredible, San Justo de Terradillos, Santa Juliana de Caorbio, San Martín de Montenegro, San Agustín de Herrera de Rio Pisuerga, San Roman junto á Herrera, Santa Juliana de Valbonilla, Santa Coloma de Salazar, San Cipriano de Nava, San Andrés de Melgarejo, Santa María Magdalena de Fuentelencina, Santiago de Valbas, Santa María de Quintanilla, Santa Eugenia, San Miguel de Corcos, Santa Marina, San Tirso y San Martín de Grajal; la villa de Cábria que se dice Quintanilla, las casas existentes en Pradeja, Carrion y Burgos; los molinos de Palazuelos con sus casas, huertas, viñas, campos y otras dependencias; el territorio llamado Ciudad de Oliva, y cuanto el monasterio de Campoo disfrutaba en Villamuño, Astudillo, Valleboniel y Grajal. En la misma bula libertó al monasterio de pagar diezmos por las tierras que á su costa ó por manos de sus habitantes se cultivasen, y por los alimentos de sus animales; prohibió se le hiciesen nuevas é indebidas exacciones por arzobispos, obispos, arcedianos ó deanes ú otras personas eclesiásticas ó seculares; y, finalmente, la concedió otros varios derechos y prerogativas (1).

(1) Bula del Papa Honorio III. Año de 1223.

Honorius Episcopus Servus Servorum Dei, Andreæ Abbati Sanctæ Mariæ Aquilarensis eiusque fratribus tam presentibus quam futuris regularem vitam professis, in perpetuum. Quoties à nobis petitur quod Religioni et honestate convenire dignoscitur, animo nos decet libenti concedere ac petentium desiderijs congruum suffragium impertiri. Ea propter dilecti in Domino filij vestris justis postulationibus clementes animum, et præfatam Ecclesiam Dei genitricis et Virginis Mariæ de Aguilar, in qua divino mancipati estis obsequio, sub Beati Petri et nostra protectione suscipimus, et præsentis privilegio communitus. In primis siquidem statuentes, ut ordo Canonicus qui secundum Deum et Beati Augustini regulam atque institutionem Præmonstratensium fratrum in eodem loco institutus esse dignoscitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter observetur. Præterea quascumque possessiones quæcumque bona Ecclesia vestra in præsentiarum juste ac canonicè possidet aut futurum concessione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium, seu alijs justis modis, prestante Domino poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant, in quibus hæc proprijs duximus experimenda vocabulis.

Locum in quo præfata Ecclesia sita est cum omnibus pertinentijs suis.

Ecclesiam Sanctæ Mariæ de Niort cum omnibus pertinentijs suis.

Ecclesiam Sanctæ Mariæ de Valle Eguña cum omnibus pertinentijs suis.

Don *Márkos* ocupó despues la silla abacial hasta el año de 1236.

Don *García Gutierrez* le reemplazó hasta el de 1249.

Don *Gomez* gobernó hasta el de 1259. En su tiempo donó á la iglesia de Santa María, Fernan Sanchez de Tobar, el monasterio de San Pedro de Tobar (que con el tiempo se redujo á priorato) con todo su término y heredamiento, y en él mandó le sepultasen, igualmente que á otros parientes suyos.

Don *Pelayo Roiz* rigió hasta 1262.

Durante el mando del abad Don Fray *Pedro Garcia*, que subsistió hasta 1275, los ilustres caballeros Gonzalo Gomez, Gutier Diaz y Dia Gomez de Sandoval, todos tres hermanos, dieron al monasterio las cuatro partes del lugar de Rezgada y otros bienes que poseian en Valderredible.

El rey Alfonso X el Sabio concedió el privilegio de que en la Llana (mercado de cereales) de Aguilar de Campoo no se tomasen *cuezas* á los vasallos del monasterio premonstratense.

Don Fray *Pedro*, segundo de este nombre, poseyó la prelación hasta el año de 1280.

Don Fray *Gonzalo*, tambien segundo, hasta el de 1291, ganó sentencia ejecutoria dada contra la iglesia colegiata y canónigos de Aguilar, que judicialmente contendian sobre exaccion de diezmos en las tierras y heredades propias de la abadía.

En su tiempo, Don Diego Gomez de Sandoval, Doña Teresa, mujer de Gonzalo Gomez de Sandoval, y «otros de este ilustrísimo linaje,» dieron é hicieron anejo al monasterio de Aguilar, el de Sandoval que luégo se convirtió en granja.

Ecclesiam Sancti Martini de Pozacos cum omnibus pertinentijs suis.

Ecclesiam Sancti Stephani de Zerrazo cum omnibus pertinentijs suis.

Ecclesiam Sanctæ Mariæ de Olna cum omnibus pertinentijs suis.

Ecclesiam Sancti Salvatoris de Enestar cum omnibus pertinentijs suis.

Ecclesiam Sancti Martini de Camperedondo cum omnibus pertinentijs suis.

Ecclesiam Sancti Martini de Sotronca cum omnibus pertinentijs suis.

Ecclesiam Sanctæ Eufemiæ de Valle Verzosso cum omnibus pertinentijs suis.

Ecclesiam Sancti Michaelis de Brañozera cum omnibus pertinentijs suis.

Ecclesiam Sanctæ Mariæ de Cordovilla cum omnibus pertinentijs suis.

Ecclesiam Sancti Juliani de Villapadien. cum omnibus pertinentijs suis.

Ecclesiam Sancti Romani de Menazola cum omnibus pertinentijs suis.

Ecclesiam Sancti Cipriani de la Vega cum omnibus pertinentijs suis.

Ecclesiam Sancti Stephani de Villiella cum omnibus pertinentijs suis.

Ecclesiam Sancti Michaelis de Zulima cum omnibus pertinentijs suis.

Ecclesiam Sancti Victoris de Arcu cum omnibus pertinentijs suis.

Ecclesiam Sancti Mammetis cum omnibus pertinentijs suis.

Ecclesiam Sancti Salvatoris de Candiola cum omnibus pertinentijs suis.

Ecclesiam Santæ Columbæ de Val de Rebible cum omnibus pertinentijs suis.

Ecclesiam Sancti Justi de Terradillos cum omnibus pertinentijs suis.

Ecclesiam Sanctæ Julianæ de Corbio cum omnibus pertinentijs suis.

Ecclesiam Sancti Martini de Mont nigro cum omnibus pertinentijs suis.

Ecclesiam Sancti Augustini cum omnibus pertinentijs suis.

Ecclesiam Sancti Romani cum omnibus pertinentijs suis.

Ecclesiam Sanctæ Julianæ de Valdebonielli cum omnibus pertinentijs suis.

Ecclesiam Sanctæ Columbæ de Salazar cum omnibus pertinentijs suis.

Ecclesiam Sancti Cipriani de Nava cum omnibus pertinentijs suis.

Ecclesiam Sanctæ Andree de Melgarejo cum omnibus pertinentijs suis.

Ecclesiam Sanctæ Mariæ Magdalene de Fontelencina cum omnibus pertinentijs suis.

Ecclesiam Sancti Jacobi de Valbas cum omnibus pertinentijs suis.

Ecclesiam Sanctæ Mariæ de Quintanilla cum omnibus pertinentijs suis.

Ecclesiam Sanctæ Eugeniæ cum omnibus pertinentijs suis.

Ecclesiam Sancti Michaelis de Conforcos cum omnibus pertinentijs suis.

Ecclesiam Sanctæ Marínæ cum omnibus pertinentijs suis.

Ecclesiam Sancti Tirsi cum omnibus pertinentijs suis.

Ecclesiam Sancti Martini de Grajal cum omnibus pertinentijs suis.

Villam de Cambria quæ dicitur Quintanilla cum omnibus pertinentijs suis.

Domum de Pradeja cum omnibus pertinentijs suis.

Domos quas habetis in Carrion et in Burgis in duobus locis cum omnibus pertinentijs suis.

Molendina de Palaciolos cum domibus, hortis, vineis, campis et alijs pertinentijs suis.

Territorium quod dicitur Civitas Oliva cum omnibus pertinentijs suis.

Quidquid habetis in Villamunio, in Astudielo, in Valleboniel et in Grajal. Sane novalium vestrorum, quæ proprijs manibus vel sumptibus colitis, sive de vestrorum animalium nutrimentis nullus à vobis decimas exigere vel extorquere præsumat.

Liceat quoque clericos vel laicos liberos et absolutos, à seculo fugientes, ad conversionem recipere et eos absque contradictione aliqua retinere. Prohibemus insuper, ut nulli fratrum vestrorum, post factam in ecclesia vestra professionem, fas sit sine prepositi sui licencia, nisi arctioris Religionis obtentu de eodem loco discedere. Discedentem vero, absque comunium literarum vestrarum cautione, nullus audeat retinere. Cum autem generale inter-

Por privilegio concedido el año de 1285, mandó el rey Sancho IV el Bravo, que si alguno entablase demanda contra el abad mostense de Campoo, no se le exigiesen prendas, y que si diese fianzas á sus vasallos se le recibieran. En el mismo año concedió al monasterio la cuarta parte del portazgo de Pié de Concha, la décima de las rentas reales de la villa de Aguilar, salvo *el pedido*; parte de la iglesia de Cillamayor, los vasallos del mismo lugar y los de Villasosa, Rivilla, Porquera, Perapertu, San Cebrian de Mudaf; el monasterio de San Pedro de Tobar, y el palacio que fué de Guillen Fernandez Duc en Villabaruz; y finalmente, que los habitantes de Santa María y sus pastores pudiesen cortar, en los montes reales de Campoo y Astúrias, cuanta madera necesitasen para labrar casas, hacer carros y otros objetos. En dicho año otorgó el monarca otro privilegio para que, á no ser por deudas, no se pudiesen prender los hombres ni granjeros en las casas y granjas pertenecientes á la Abadía.

Al abad Don *Aparicio*, que permaneció hasta el año de 1300, donaron Doña Inés Rodriguez de Villalobos, mujer de Don Pedro Diaz de Castañeda y otros coherederos, la casa de Santa Olalla de Leon, con iglesias y vasallos.

Don Fray *Gil Perez*, que obtuvo la prelación hasta los años de 1310, de acuerdo con el convento, dió la aldea de Rezgada con sus pertenencias y vasallos á Gutier Diaz y Diego Gomez, hijos de Don Diego de Sandoval, por toda la vida de éstos, en recompensa de grandes servicios hechos á la Abadía.

En tiempo del abad Don Fray *Juan Gonzalez*, que alcanzó hasta el año de 1317, el rey Fernando IV, á ruego de su hermano el infante Don Pedro, hizo merced al monasterio de que en lo sucesivo no pagase yantares, en privilegio hecho en 1311. En el siguiente (1312), último de su reinado, le concedió otro privilegio haciéndole libre á él y á todos sus vasallos de los yantares, mulas y vasos que solian dar á los adelantados, y prohibiendo á éstos exigirlos, entrometerse de merindad, y entrar en lugares ó aldeas pertenecientes á la iglesia de Santa María.

Por los años de 1313, el infante Don Pedro, hijo del noble rey Don Sancho IV, expidió en Aguilar su privilegio otorgando al abad y convento que, cuando él enviase á reclamar servicios, yantares, pedidos ó servicio de carne al concejo de la villa, ó á los alfoques, ó á la demás gente de su señorío, los vasallos del abad y convento no pagasen cosa alguna, excepto los del alfoz de Aguilar que, con los de los demás alfoques, habian de dar yantar y moneda forera cuando acaeciese, una vez en el año, pero nada más.

Don Diego Gomez de Sandoval dió á este abad, libre y quita, la aldea de Rezgada con todas sus pertenencias, en escritura hecha el año de 1317.

Don Fray *Juan*, tercero de este nombre, mandó hasta el año de 1337. Alfonso el Onceno, en privilegio expedido en 1330, encargó á los adelantados la observancia de sus cartas reales acerca de los yantares y ayuda de pan que por Agosto pedian á los vasallos del monasterio.

Don Fray *Pedro III*, tuvo el gobierno abacial hasta 1405.

En 1348, el conde Don Tello, hijo del rey Alfonso XI y señor de Aguilar de Campoo, expidió cédula mandando

dictum terre fuerit liceat vobis clausis januis, exclusis excommunicatis et interdictis, non pulsatis campanis, suppressa voce divina, officia celebrare. Chrisma vero, oleum sanctum, consecrationis altarium seu basilicarum, ordinationes clericorum, qui ad sacros ordines fuerint promovendi á diocesano suscipietis episcopo, si quidem catholicus fuerit et gratiam et communionem Apostolicæ Sedis habuerint, et ea vobis voluerit sine pravitate aliqua exhibere. Alioquin liceat vobis quæcumque malueritis Catholicum adire Antistitem gratiam et communionem Sacrosantæ Romanæ Sedis habentem. Qui nostra fretus autoritate, vobis quod postulatur impendat. Prohibemus insuper ut infra fines Parroquiæ vestræ nullus, sine assensu Diocæsani Episcopi et vestro, capellam seu oratorium de novo construere audeat, salvis privilegijs Pontificum Romanorum. Ad hæc novas et indebitas exactiones ab Episcopis, Archiepiscopis, Archidiaconis seu Decanis, alijsque omnibus Ecclesiasticis secularibus vè personis omnino fieri prohibemus. Sepulturam quoque ipsius liberam esse decernimus, ut eorum devotioni et extremæ voluntati qui si illic sepelire deliveraberint, nisi forte excommunicati vel interdicti sint, nullus obsistat. Salva tamen justicia illarum Ecclesiarum á quibus mortuorum corpora assumuntur. Decimas præterea et possessiones ad ius Ecclesiarum vestrarum spectantes, quæ á laicis detinentur redimendi et legitime liberandi de manibus eorum, et ad Ecclesias ad quas pertinent revocandi libera sit vobis de nostra autoritate facultas. Obcunte vero te nunc eiusdem loci Abbas vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet subreptione, astutia seu violentia præponatur, nisi quam fratres comuni consensu vel fratrum pars maioris et sanioris consilij secundum Deum et Beati Augustini Regulam providerint eligendum. Paci quoque et tranquillitate vestræ paterna in posterum solitudine providere volentes, autoritate Apostolica prohibemus ut, infra clausuras locorum seu grangiarum vestrarum nullus rapinam seu furtum facere, ignem apponere, sanguinem fundere, hominem temere capere vel interficere seu violentiam audeat exercere. Præterea omnes libertates et immunitates á predecesoribus nostris Romanis Pontificibus ordini vestro concessas, necnon libertates et exemptiones secularium exactionum, á Regibus et Principibus vel alijs fidelis rationabiliter vobis indultas autoritate Apostolica confirmamus, et præsentis scripti privilegio communimus. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat præfatam ecclesiam temere perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere seu quomodolibet gravaminibus fatigare; sed omnia integra conserventur eorum pro quorum gubernatione ac sustentatione concessa sunt, usis omnimodis pro futura; salva sedis Apostolicæ autoritate. Si qua igitur in futurum Ecclesiastica secularisque persona hanc nostræ constitutionis paginam sciens contra eam temere venire temptaverit, secundo tertio recommonitus, nisi reatum suum congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui careat dignitate, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et á Sacratissimo corpore et sanguine Dei et domini nostri Redemptoris Jesuchristi aliena fiat atque in extremo examine districtè subiaceat ultioni. Cunctis autem eodem loco iura servantibus sit pax Domini nostri Jesuchristi, quatenus et hic fructum bonæ actionis percipiant, et apud districtum iudicem præmia æternæ pacis inveniat. Amen. Datum Lateran. per manum magistri Guidonis Domini Papæ Notarij VIII Kalendas februarij, indictione XI incarnationis dominicæ anno M. CC. XXIII. Pontificatus vero Domini Honorij anno VIII.

que sus mayordomos no exigiesen cierto tributo de cebada que, siendo alcaides del castillo, solian pedir á los vasallos de Santa María. El citado conde, en 1357, hizo al monasterio merced de la décima de la Escribanía, portazgo y pechos de judíos, á condicion de que en adelante pusiese la Abadía un capellan que cantase misa en recompensa de tal merced. En 1366 el mismo Don Tello, titulándose conde de Vizcaya y de Castañeda, señor de Aguilar de Campoo y alférez mayor del rey, confirmó é hizo nueva merced de las décimas de las rentas reales, excluyendo el pedido, en privilegio con sello de cera pendiente y blasonado con castillos y lobos.

Enrique II, en carta real hecha en Valladolid el año de 1371, donó al abad y convento del monasterio la iglesia de Santa Illana, de que era patrono, sita entre la Abadía y Zenora, con todas sus pertenencias.

Don Fray *Pedro de Valberzoso* tuvo esta prelación hasta el año de 1424.

Don Fray *Gonzalo de Nestar*, hasta el de 1430.

Don Fray *Alonso de Espinosa*, hasta 1452.

